Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35521
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Quarta regula In bfabmi nunquam mutatur fa in mi Nec
econtra mi in fa. Sed in aliquibus Tonis regulariter semper muta
tur mi: ut in Tonis dixi ut in Tertio Quarto Septimo
et Octavo Tonis. Sed quibusdam vicibus per fa cantitur hoc est
in mollibus qui sunt Tertius et Septimus Toni In Primo vero et
secundo Tonis qui sunt Naturales aliquando mi et aliquando fa modu
latur Et hoc sub tali condicione quando cantus primi vel secundi toni
ascendit ad bfabmi ita quod nichil supra et confestim descendit
debet cantari fa in bfabmi Si vero ultra ascendit mi et non fa
cantari debet Et quicunque aliter cantus cantitur in bfabmi preter
hic dictum est Illud nunquam regulariter sed per musicam fictam so
let exercitari [?] exemplis hic non opus est eo quod universaliter
In Tonis omnibus regulariter ista due observari Quoniam autem plu
rimi et crassi quidam error in hoc unico puncto circa bfabmi
in cantibus contingit placuit hoc modico verbo dilucidare huius
cantorum ignaviam nec non inerciam atque qui necessario nescio
quomodo ducti sponte cantorum nomen et tam onera sibi vendicant
officia agunt Et ut breviter dicam omnia canendi in choro ne
gocia stolidissime et similiter non magis quam temerario usui usur
pant Qui plerumque textum ipsius notis canendum ac signatum non
intelligere et quomodo nichil gravius est non legere didicerint
Sed ubi solis baculis hinc inde diriguntur iam in libros
ex quibus canendum est iam vero in ascantes et sepissime inve
nes (qui forte certius memoriter quam hii vesani ex libris
cantare noverint debachantes didicerint quod neque pugi
les neque satius quidem quibus usus Tonis negatus est id igno
rant quam per vicos et plateas canes usque ipsis baculis agi
tant arbitrantur se eiusmodi insaniis et [?] clamor